

Badische Landesbibliothek Karlsruhe

Digitale Sammlung der Badischen Landesbibliothek Karlsruhe

Gregorii M. in Ezechielem homiliae - Cod. Aug. perg. 71

Gregor <I., Papst>

[S.l.], [9. Jahrh.]

Homelia VI

[urn:nbn:de:bsz:31-63650](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:bsz:31-63650)

INCIPIT OMNIBUS

SIXTA

POST QUAM DE CON-
templationis gratia
obliquas fenestras in sinu
ans. propheta multa locutus e-
ductum se exterius dicit. et gazo-
philata uidisse commemorat. In quib.
gazo-philacus quid aliud quam doc-
torum scientia designatur. Sed
recte hac in re queri potest. cum
doctores sui spiritalia atq. interna
doceant. Cur propheta eductum se
exterius dicit. & gazo-philata
foris uidisse. Sed sciendum est.
quia alia est contemplatio q. tan-
tum uidet. quantum dicere non
ualet. Alia uero scientia atq.
que tantum exprimere per linguam
possit. In comparatione quippe
illius luminis. qui doce exprimi
non potest. quasi totum hoc foris
est. quod exprimi uoce potest.
ait itaq. Et eduxit me exterius
& ecce gazo-philata & pauimen-
tum stratum lapide in atria per
circuitum. Qui a sermone greco
filaxe seruare dicitur. & gazo-

lingua per se diuitie uocantur.
Gazo-philatum locus appellari sol &
quo diuitiae seruantur. Quid
itaq. per gazo-philata designant.
nisi ut supra diximus corda
doctorum sapientiae. atq. scientie
diuicie plena. Quia iuxta pau-
li uocem alii datur per spiritum sermo
sapientiae. alii sermo scientie
in eodem spiritu. Sunt enim quidam
qui per donum gratiae & ipsa intel-
legunt. que exponi a doctoribus
non audierunt. Hi uidelicet
sermonem sapientiae percepe-
runt. Et sunt quidam qui per
semetipsos intellegere audita
nequeunt. Sed ea que in ex-
positoribus legerint. retinent atq.
scienter perferunt quae lecta didicerunt.
Unde itaq. isti. nisi sermone scien-
tiae pleni sunt. Quamuis hoc in-
tellegi & alter possit. quia sa-
pientia ad uitam scientia uero per-
tinet ad doctrinam. Qui igitur
bene uiuit & prudenter predi-
cat gazo-philatum spiritalis ae-
dificii recte nominatur. quia
a beatorum ore caelestis diuitiae dis-

pensantur. his diuitis abundare
discipulos isdem magister gentium
iuderat cum dicebat. Diuites facti
estis in illo. in omni uerbo in omni
scientia. Sunt itaq. in sc̄ae aeccle
siae aedificio constructa ḡophilata
quia abundat diuitis sci
entiae lingua doctorū. Has uer
sas eēt diuitias ipsa p̄se ueritas
denuntiat. cum de transitoris
diuitis dicit. fallacia diuitiarū
suffocat uerbum. Sapientia enim
atq. scientia doctrinae spiritalis
uere sunt diuitiae. in quibus con
paratione quae transire possunt.
false nominantur. De his diuitis.
p̄ salomonem dicitur. Thesaurus
desiderabilis requiescit in ore sa
pientis. Excepto autem eo. qd̄
ad aeternā patriā diuitiae spi
ritales ducunt. est eis a terrenis
diuitis magna distantia. Quia
spiritalis diuitiae erogate p̄ficiunt.
Terrene autem diuitiae aut erogan
tur & deficiunt. aut retinentur.
& utiles non sunt. Quia ergo
has in se ueras diuitias continent.
Recte ḡophilata uocantur.

Et habent ipsa ḡophilata pauimen
tū p̄circutū. quia eis adēret haec
subiacet humilitas auditorū. Quod
pauimentū recte stratū lapide in
atrio dicitur. Quia in latitudine
caritatis uicissim subiuncte sunt.
anime fideles. Quae lapides appel
lantur p̄ similitudine fidei & stra
te in pauimento sunt in conpage
humilitatis. Has fidelium mentes.
petrus apostolus sotes in fide con
spexerat. cum dicebat. Et uos tam
quā lapides uiui. super aedificami
ni domos spiritales. De his lapidib.
sc̄ae aecclesiae dñs p̄ se uerū dicit.
Ponā iaspide p̄ pugnacula tua. &
postas tuas in lapides sculptos. uni
uersos terminos tuos in lapides
desiderabiles. omnes filios tuos
doctos ad dñm. Omnipotens enim
dñs sc̄ae aecclesiae p̄ pugnacula
iaspide. qui lapis uiridis coloris e
posuit. quia p̄dicatorū illius men
tis internae uiriditatis amori
solidauit. Ut transitoria cun
cta despiciant. Nil in hoc mun
do quod sine claudetur appetant.
cuncta eius gaudia contemnant.

Unde & ipse pastor ecclesie auditores suos ad pascua aeternae ueritatis uocans de dō loquitur dicens. Secundum magnā misericordiā suā regenerauit nos in spem uiuam per resurrectionē ihu xpi ex mortuis. In hereditatem incorruptibilem & incontaminatam & in marcescibilem conseruatam in caelis. huius scēe ecclesiae post se sculptos lapides ponuntur. Quia hi per quos nos uocem ad uitam aeternā ingredimur scā operaq; diuinitus precepta sunt dum in semetipsos ostenderent. haec quasi in se sculpta tenuerunt. Postae & enim non sculptae sed purae essent si uocē quidem promerent sed scā in se operet non demonstrarent. Ubi secundum hoc se ostendunt uiuere quod locuntur. Et postae sunt quia uitae ducunt & sculptae quia uiuendo ostendunt quae aliis loquuntur. huius scēe ecclesiae uniuersos terminos in lapides desiderabiles positi iudimus. O uin fideles quos que in fide & in caritate conspiciunt.

164
Qui ut quos dixerit lapides demonstraret aduincit. Omnes filios tuos dactos ad nō. Quod ergo esaias uniuersos ecclesiae terminos lapides desiderabiles uidit hoc ezechiel pauimentum lapide strati per circuitū eē phibuit. Qui adhuc ^{de} gā Zophilatus subdit. Triginta gā Zophilatia in circuitu pauimenti. Denarius numerus p̄fectione semper accipitur. quia in decem p̄ceptis legis custodia continetur. Actiua & em̄ & contemplatiua uita. simul inde ealogi mandatis coniuictae. quia in ea & amor di & amor seruari pximi iubetur. Amor quippe di ad contemplatiuam. amor uero pximi. ptinet ad actiua uita. plene se dilatat atq; in contemplatiuam surgat. In scēe trinitatis fidem debet eē p̄fectus. Unde & eadem gā Zophilatia triginta eē memorant. Ut cum denarius ter ducatur uita & lingua doctoris in trinitate solidetur. Sed hac in re illud nobis est uigilanter intuendū

quod ppheta dum gazophilata
descripsisset adiunxit. Pa
uimentū percussum atq. infe
rius subiungit. Gazophilata
incircutu pauimenti. Quatenus
gazophilata incircutu pau
menti. Pauimentū quippe &
gazophilata eo sunt ordine
distincta. ut et gazophilata
intra pauimentū. Et pauimentū
intra gazophilata fuerit stra
tum. Non hoc srs sine magno
mysterio est quod incircutu
gazophilatio dicitur esse
pauimentum. In circutu pa
uimenti. narrant eē gazophi
lata. Habet enim pauimentū
incircutu gazophilata quia
uitā audientium erudit cotti
die & custodit linguā doctoꝝ.
Doctores etenim bone in scāe eru
ditionis uerbis modo fomentis
dulcedinis modo asperitate
inreparationis inuigilant.
Ut auditoꝝ suoꝝ uitā autus
defendant, sed habent ipsa
quoq. gazophilata incircu
itu pauimentū quia sepe & iam

doctoꝝ cor uitioꝝ temptationib;
tangitur. Ut modo eleuetur ia
ctatione superbiae modo irē sti
mulis inflammetur. Sed cum
bonoꝝ auditoꝝ uitam conside
rant eamq. psecisse suis exostati
onibus pensant. Erubescunt ta
les non eē quales auctore dō per
se conspiciunt alios factos esse
& ante se in mente restabiliunt.
quam plene inculpam labant.
Nam cum ipsa sua ad certabus
uerba ad memoriā redeunt eru
bescunt non seruare quod dicunt.
Unde & psalmonē dicitur. Ani
ma laborantis laborat sibi quia
compulit eum os suum. Os enim
nr̄m nos compellit ad laborem.
quando p hoc quod diximus.
autus refrenamur. Quia turpe
numis est ibi nos neglegendo ca
dere. Unde p dīcādo conatis sum.
alios lauare. Habent ergo ga
zophilata incircutu pauimētū
quia doctoꝝ magna custodia
est uita uenerabis auditoꝝ.
& si uis ei sermo fit in auditorio.
quia erubescunt pulsantibus

virtus non resistere. qui contra vitia
 alios amauerunt. Quia enim quā
 diu in hac vita uiuimus. contra
 malignos sp̄s quid aliud quā stam̄
 inatue. Sicut praediximus. do
 ctoris animus forsitan aliqua ela
 tione pulsatus. Sed siue ne ipse
 pereat. seu ne exemplū suum
 alios ad p̄ditionem trahat uigilan
 ter se & festine circūspicit. in
 cogitationibus remordet. ad ducti
 auditorū suos & uita ad memoriā
 semetipsū humiliat & quibus
 p̄ualet modis agit. ne elatio prin
 cipetur in mente. non dominetur
 in opere. Scriptū quippe est. In
 itium omnis peccati superbia.
 Quis ergo erit ante dī oculos fructus
 boni operis. Si ex radice putruit
 aelationis. Sepe ut p̄dictū ē animū
 temptatur exire. sed et iussu
 ad se circū spiciendo colligit. &
 discipline se pondere deprimens
 agit. ne motus animi. transeat in
 sermone. erumpat in uoce. Fitq.
 ut ira p̄turbati animi ubi negle
 gentia oritur. ibi p̄iudicium
 suffocata moritur. Quia ex re

agitur. ut excepta culpa animū
 iustitiae pareat. qui et si se fostiter
 custodire noluit ne ad motum
 surgeret. se tamen incommu
 tatione fostiter uicit. Unde
 bene p̄ salamonē dicitur.
 Melior est paciens uiro foste. &
 qui dominatur animo suo ex
 pugnatore urbium. Recte
 ergo expugnatore urbium
 paciens p̄ festur. quia in illa
 actione uictorie homo uictor
 est hominum. in hac autem
 mansuetudine patientia animū
 uictor est suus. Sequitur.
 Et pauimentū in fronte postas
 secundum longitudinē postas
 erat inferius. Sed postas lon
 gitudinē ad locum in ferim.
 in quo poste fuerant constru
 ctas. secundum longitudinem
 postas pauimentum erat inferius.
 Quia quantum tenere locus postas
 poterat. tantū tenebatur. &
 pauimentū. quod erat inferius.
 Longitudo ergo pauimenti. a
 postis non erat dissimilis. Sed
 aequalitas pauimenti non erat

cum postis. Quid est ergo quod
pauimentū cum postis longum
similiter erat. sed aequale non erat.
Nisi quod longe distat uita populorū.
a uita doctōrū. Qui & si ad regna
caelestia tendentes. eandem lon-
ganimitatem spei habent. eadem
tamen uiuendi studia non habent.
Tendatur ergo pauimentum. simi-
liter in longum. quia ipsam fidem.
ipsam spem in se retinent audito-
res. quam habere certum est prae-
dicatores. Sed pauimentū in se-
rius iacet. Ut omnes auditores.
praedicatores suos longe a suis
meritis excellere cognoscant.
Si uero longitudinem postarum.
ipsam sicut superius diximus eam
altitudinem intellegere debemus.
Tum sicut paulo post scriptū est.
ad postas gradibus ascendebat.
tanto pauimentū iacet inferius.
quanto unaquaeque postula surgit
in altitudine. Quia quanto san-
ctior est uita doctoris tanto fit
humilior sensus audientis. Et
semetipsum despiciet dum prae-
dicatoris sui uitā in magna surgere

altitudine ppendit. Imitari enim
bona eius alia forsā potest alia non
potest. In quibus praevalet proficit in
quibus minime praevalet ad humi-
litate[m] crescit. Et hoc ipsum ergo
ei in profectū est quod ei imitabile ad
profectum non est. Ecce enim praedicator
ea quae legitur facta & dicta pensamus.
in quantum altitudine surrexerint
foste cognoscimus. Ut enim tacemus
de ostensione signorū. Loquamur
de uisitatibus cordium. Certe paulus
quis elegi mostuum plegē dicit.
quia ut in xpō crederet. ei hoc
lex ipsa praedicauit. magis fidei ar-
dore succensus. praeccepta legis
tenere carnaliter noluit. circū-
cisionem in gentibus fieri uetauit.
Et cum petrus apostolus seruari
ad huc in circūcisione legis
consuetudinē uellet. et in facie
resistit. eumque hac in re fuisse
reprehensibile[m] dicit. & hoc ei stu-
dium discipulis loquens non solum
culpam. Sed quod est maius hy-
pocrisis id est simulationē nominat
dicens. Cum uenisset petrus an-
tiochiam. in faciem ei resisti quia

rephensibilis erat. Et paulo post. & simulatione eius consenserant ceteri iudei. Idem uero apostolorum primus cum multa discipulos admoneret. atq; a quibus detrahi de pauli scriptis agnosceret dicit. Sicut karissimus frater noster paulus. secundum datam sibi sapientiam scripsit. uobis loqui in eis de his in quibus sunt quedam difficilia intellectu. que indocti & instabiles deprauant. sicut et ceteras scripturas ad suam ipsorum perditionem. Ecce paulus in epistolis suis scribit petrum rephensibilem. Ecce petrus in epistolis suis asserit paulum in his que scripserat admirandum. Certe enim nisi legisset petrus. pauli epistolas non laudasset. Si autem legit quia illic ipse rephensibilis diceretur inuenit. Amicus ergo ueritatis laudauit & iam quod rephensus est atq; ei et hoc ipsum placuit. quia in his non placuerat que aliter quam debuerat sensit. Sequi & iam minori fratri ad consensum dedit. atq; in eadem refactus est sequi minoris sui ut etiam in hoc

periret. Quatenus qui primus erat in apostolatu culmine esset primus & in humilitate. Pensate ergo fratres karissimi in quo timens uestice stetit qui illas epistolas laudauit in quibus se scriptum uituperabilem inuenit. Quae illa tanta esse mansuetudo potuit que quies animi quae solitas atq; in perturbatio cogitationis. Ecce amorem suo repraehenditur & rephendi non dedignatur. Non ad memoriam reuocat quod primus in apostolatu uocatus est. Non quod clauis regni caelestis accepit. Non quod peccata quaecumque in terra solueret essent soluta in caelo. Non quod in mari pedibus ambulauit. Non quod paralyticum in ihu nomine iubendo erexerat. Non quod egros corporis sui umbra sanauerat. Non quod mentientes uerbo occiderat. Non quod mortuos oratione suscitabat. Ne igitur increpationis uerba dedignaretur audire omnia dona quae preceperat quasi

ad memoriam repulit. Ut unum
fostiter humilitatis donum tene
ret. Quis rogo nr̄m si uel extremū
aliquod signū fecisset a minore
fratre increpatuſ increpationis
uerba pacienter audiret. nil enim
significemus et si quid nos fostasse
action nra rephenderit statim
intumescemus magnos quosdā nos
tacti cogitamus. Uis tutes nobis
ad animum deducimus & iam
quas non habemus. At contra pe
trus cum uisitibus humilissin
rephensione p̄mansit. sed postea
surrexit in altitudine. Hanc aut
tantam mansuetudinem nos imi
tare non possumus sed quia pau
mentū sumus longe inferius fa
cemus. Sunt uero nonnulli qui
non petrum apostolorū princi
pem. Sed sequendā alium cono
mine quia paulo est rephensus
accipiunt. Qui si pauli aposto
li studiosius uerba legissent. ista
non dicerent. Dicitur et enim
paulus cum uenisset petrus an
tiochiam in faciem ei restetit.
Ut de quo petro loqueretur

ostenderit in ipso suae narrationis in
itio p̄misit dicens. Creditum est
mibi euangelium p̄puti sicut pe
tro circumcissionis. Qui enim ope
ratus est petro in apostolatum cir
cumcissionis. operatus est et mihi
inter gentes. Patet ergo de quo pe
tro paulus loquitur quem et a
postolum nominat et p̄fuisse euan
gelio circumcissionis narrat. & fu
erunt quidā qui secundā petri
epistolam in qua epistole pauli
laudate sunt eius dicerent non
fuisse. Sed si eidem epistole uerba
pensare uoluissent longe alter
sentire potuerant. In ea quippe
scriptū est uoce de lapsa ad eum
huiusmodi magnifica gloria.
Hic est filius meus dilectus in quo
mibi conplacuit. atq; subiun
gitur. & hanc uocē. nos audiuim. &
cum essemus cum ipso in mon
te scō. Legant itaq; euangelium
et p̄tinus agnoscant quia cum
uox ista de caelo uenit. Petrus
apostolus in monte cum dño
stetit. Ipse ergo hanc epistolam
scripsit qui hanc uocem in monte

de dño audiuit. Sed quia pauca
 de petro diximus nunc si placet
 ad pauli mansuetudinē conuertam.
 et pensemus si possumus ille qui
 tanta ardoris est in zelo p̄dicationis.
 Ut apostolorū quoq; primo non par
 ceret quante mansuetudinis in
 studio longanimitatis. Tacemus
 autem quod ter uirgis caesus est
 quia semel lapidatus est quia
 ter naufragium fecit. Quia nocte
 et die in profunda maris fuit.
 Quia a iudeis quinquies quadrage
 nas una minus accepit. Minus
 enim animum ad iracundiam
 commouit ea mala que nobis
 ab a pestis aduersariis interrogant
 hoc plus solet dolore quod ap
 prus patimur. Unde et ipsa
 ueritas p̄ psalmistam contra
 traditorem suum locuturus
 dixit. Quo inimicus meus
 maledixisset mihi sub postassem
 utiq; Tu uero homo unanimit
 dux meus et notus meus qui
 simul mecum dulces capiebas
 erbas. Pensemus ergo si possumus
 paulus apostolus qui tantum

paciens inter p̄secutores quantum
 mansuetus inter discipulos fuerit.
 Certe corinthi ueniens ab idolorū
 seruitio chorinthios retraxit.
 Quis eēt d̄s uerus innotuit a eter
 nae eis uite gaudia praedicauit.
 Et cum magnam multitudinem
 populi infide collegisset tantū
 illic inopiā pestulit ut uictus
 sui graui necessitate laboraret.
 & panem terrae ad discipulis non
 accepit quibus panem caeli p̄
 dicauit. Insistebat uero p̄uita au
 dientiu Insistebat labore manuu
 p̄uita corporis sui deterris quoq;
 alius ei stipendia ad discipulis mit
 tebantur ut corinthus p̄dicare
 sufficeret. Ipse quippe ad eos de
 corinthios p̄ epistolam loqui
 tur dicens. Cum essem apud
 uos & egerem nulli onerosus
 fui. Nam quod mihi de erat
 suppleuerunt fr̄s qui uener̄
 a macedonia. Quib; ad magnū
 quoq; in p̄peruū p̄misit dicens.
 Alias ecclesias expoliari accipiens
 stipendiū ad ministerium ur̄m.
 Pensemus ergo si possumus cuius

hoc mansuetudinis fuerit panē
sp̄s p̄dicare et panē carnis non
accipere. Corda audientium
de diuitiis aeternis instruere &
inter eosdem discipulos fideles
& habundantes fame laborare.
I nter satiatos pati inopiā. Nec
tamen quod patiebatur non di
cere. nec tamen dolore. Uide
re dura erga se corda audientium
tenacium nec ap̄dicatione desiste
re. Nam sicut apostolorum acta
testantur. anno & sex mensibus
continue in eadem ciuitate p̄di
cauit. Cumq; ab eisdem corinthi
is recessisset. ad eos post modū
scribit quod apud eos positus
pestulit. Quare autem hoc eis
cum inter uiueret. numquam
dixit ne quod erga eum factum
ex bona uoluntate fuerat fieret
ex iussione. & cum innotesceret
eorum misericordia. remaneret
uoluntas ignota. Quare autem
hoc post modum longe positus
scribit ne omnimodo discipu
li incorrecti remanerent. et
quales magistro in tenacia fue

rant alius quoq; fratribus tales eēt.
U ere & in hoc paulus uere magister
gentium sua neglegens aliena cu
rans impleuit quod p̄dicauit
nemo quod suum est querat. sed
quod alterius. & neq; sua sunt
singuli cogitantes sed ea q; aliorum.
Quanta itaq; mansuetudi
nis uirtus est. quanta tran
quillitas sp̄s. Quis autē
n̄m si unū huius mundi
diuitem ad omnipotentis
di seruitium conuertisset.
se q; egere conspiceret. & illum
sibi uite subsidia non p̄bere.
non protinus de eius uita
desperasset. Quis non in casu
laborasse diceret. quis non
ab eius exortatione obmu
tesceret. Quis in semetipso
primū ferret fructū boni
operis non uideret. Sed pau
lus p̄ mansuetudinē in uir
tutū uertice solidatus p̄stitit.
Predicauit. dilexit. & bonum
quod coeperat. expleuit atq;
portando & p̄sistendo. disci
pulorum corda ad misericordiā

p duxit. Nam eorū pfectum post mo-
 dum scire se indicans in eadem episto-
 la scribit. De ministerio quod fit in
 scōs ex habundanti est mihi scribere
 uobis. Scio enim p̄mptum animū
 ur̄m p̄ quo de uobis glorior apud
 macedonas. quo aethiopia parata ab
 anno priore & uia emulatio puo-
 cauit plurimos. De quibus
 rursū ait. Qui non solū facere
 sed uelle cepistis ab anno priore.
 In quibus enim non tam ope-
 ra quam pia uota requirebat
 in eis p̄cul dubio plus laudat pia
 uota quā opera. Notandum ta-
 men est quia habet imp̄perium
 haec ipsa consolatio cum dicit̄
 ab anno priore. Bonū quidem
 sed t̄ de fecerat atq; ideo hoc
 magister non sine rephensione
 laudabat. Medicus quippe est
 medicamentū uulneri apponit
 quod & ea q̄ purgata sunt reso-
 uet ea q̄ putrida inueniuntur
 mordet. Sed haec toleranda atq;
 p̄dicando expleuit quod caepit
 & mire loganimitatis iustus
 discipuloꝝ duritiā. emolliuit

ad misericordie uiscera. Quia
 longitudo poste surrexit in
 altitudine. Sed infirmos ad-
 imitandum tante mansuetudi-
 nis longanimitatem idonei non
 sumus. Quia uidelicet pauimū
 sumus. Ecce autē dum de duob;
 caelestis exercitus loquor magister
 quoq; stephanus memorie occurrit.
 Qui tempus perceptoris sui nomine.
 & in medio p̄secutorū deductus
 stetit. fiducialiter docuit. & ex
 zelo ueritatis p̄secutores suos
 fostiter increpauit dicens. Uos
 semp̄ spū scō restitistis. Cumq;
 illi ad lapides currerent & lapi-
 dibus necarent. Flexu genu
 p̄ eisdem p̄secutoribus forauit
 dicens. Dñe ne statuas illis hoc
 peccatum; quē itaq; ista iustus
 est zelo feruere ut eis a quib;
 tenebatur. Per fidei suę in p̄-
 pria fiducialiter diceret. &
 sic delegere. ut in morte quoq;
 p̄ eis a quibus moriebatur ora-
 ret. Sic quippe ex zelo infer-
 buit ac si mansuetudinis
 nil haberet. & sic mansuetos

in eorum dilectione prostratus. Ac
si contra eos feruoris. nil habuisset.
Pensemus inter haec ubi nostrae
conscientiae reatus iacet. Quis
enim nostrum si saltum uerbi contu-
meliam reddit. non cor fundi-
tus commouit. non ad odium
erumpit. non praecceptum
dilectionis obliuiscitur. Sed
hoc stephanus ex omnipotentis
dei gratia potuit. Quisurgens
in altitudine posita fuit. Hoc
nos miseri nostra uirtute imitari
non possumus. Quia longe in-
ferius sicut pauimentum iacemus.
Quid autem inuita nos sanctorum de-
nostrae admiratione dicimus eum
ipse quoque antiqui patres.
praedicatorum sanctae ecclesiae
uitam considerantes ualde
admirandi sunt. Annon eorum
uitam psalmista admiratus
est cum dicebat. Mihi autem
nimis honorificata sunt ami-
citiu dei. nimis confortatus
est principatus eorum. Quod
de quibus eius amicis dicat.
euangelium interroga in quo

ueritas praedicatoribus dicitur.
Uos amici mei estis. Et saas quoque
eorum uitam intuens ait. Quisunt
isti qui ut nubes uolant & sicut
columbe ad fenestras suas. Re-
cte autem praedicatores se
nubes appellati sunt. quia uerbo
pluuunt. miraculis coruscant.
qui uolare quoque ut nubes
dicuntur. Quia in terra uiuen-
tes extra terram fuit omne quod
egerunt. Unde & per quandam
nubem dicitur. In carne enim
ambulantes non secundum car-
nem militamus. Priores & enim
patres coniugis ut ebantur.
Filiis percreabant. substantias
possidebant. curis rei famili-
aris intendebant. Isto autem
per propheta iam spiritum prudentes
substantias deserere. coniugia
non ad petere. filios non percre-
are. nihil in terra quoque
possidere. Non eos per-
tam uelut homines ambulan-
tes. Sed ut nubes uolant &
nominant. Uolant enim qui
terram quasi non tangunt quia

unipsa nil appetunt. Qui &
 ad fenestras suas quasi colubis
 sunt quia p mansuetudinis
 scāe spū in hoc mundo pocu-
 lis nil concupiscunt. Consi-
 deremus ergo quante altitu-
 dines istę spiritualis aedificii
 postae sunt quas et spirituales
 patres admirantur. Quanto
 itaq; nos in eay; admiratione
 humiliari necesse est qui pa-
 uimentum suum. Quia longi-
 tudinis appellatione altitudi-
 nem postay; audiuimus. Nunc
 autem de eay; latitudine cog-
 noscamus. **S**equitur. Et men-
 sus est latitudinem a facie
 postę inferioris usq; ad fron-
 tem atrii interioris intrin-
 secus centum cubitos ad ori-
 entem et ad aquilonem. In
 quibus uerbis si postam au-
 ditum accipimus quo ad
 cognitionem dñi intram;
 postā inferior fides est. Atri-
 um uero interius contemplatio.
Habet autem postā inferior lati-
 tudinē in facie quia uidelicet &

fides p caritatis sic amplitudinē
 habet eamq; uidetur a proximis
 operationem quā dum soliter
 a pfectioribus agi conspiciunt.
Nos qui in bonis actibus angusta-
 mur exempla p eos magne
 operationis accipimus. et nunc
 quaeq; scā quasi quaedā nobis
 latitudo fit inuenisq; prius
 erat angustia difficultatis.
Habet quoq; atrium interius
 frontem quia contemplatiua
 una p quaedā signa desiderioy;
 et gemituum ostendit. quan-
 tum uirtus uideatq; tantum
 amat. Denarius autem nu-
 merus p semetipsum multa-
 plicatus in centenarium sur-
 git. Unde p centenariū
 magna pfectio designatur
 sic de electis dicitur. Omnis
 qui relinquet domū uel frs.
 aut sorores. aut patrem. aut
 matrem. aut uxorem. aut
 filios. aut agros ppter nom-
 meum centuplum accipit
 & uitam aeternam posside-
 bit. Neq; enim scs quisq; uideo

terrena deserit ut haec posse
dere in hoc mundo multipli
cius possit. Quia quisquis
terreno studio terram relin
quet sed appetit. Nec qui unā
uxorem deserit. centum re
cepturus est sed p centena
rium numerus pfectio desig
natur. Postquam & iam uita
aeterna pmittitur quia quis
quis p di nomine tempora
lia atq; terrena contemnit
& hic pfectionē mentis re
cipit ut iam ea appetat que
contemnit. et in sequentis ae
culo ad aeternā uitae glo
riā puenit. Centies itaq;
recipit quod dedit pfecti
onis spm accipiens terrenis
non indigens & iam si haec
non habet. Ille enim paup
est qui egit eo quod non habet.
Nam qui & non habens habere
non appetit diues est. Pau
peitas quippe inopia mentis
est non in quantitate possesi
onis. Nam cui cum paupesta
te bene conuenit non ē paup.

Mensus ergo uir latitudinem a facie
postē inferioris usq; ad frontem
atri interioris extra in secus centū
cubitos. Quia redemptor n̄ cot
tidie p magistros atq; doctores
in mensura pfectionis metitur ui
tā fidelū uel in specie boni ope
ris p fidem. uel in scis desideris
p contemplationem. Uidentur
in fide positi magna operari.
Sed in centū cubitis non mensu
rantur quia per ipsa que faci
unt terrenā gloriā querunt.
Et quidā uidentur p abstinentiam
cruciar. gemitibus insistere. Sed
eorū mensura ad centum cubitos
minime dicitur quia in his que
agunt ab humano iudicio fauores
requirunt. Quis ergo est qui
per centū cubitos mensuretur.
Nisi is cuius bona operatio recta
intentione utitur. Ut in eo qd
agit non ad terrena lucra appe
tenda aut ad laudes transitori
as reflectatur. Ecce enim mi
sericordiā pximis exhibere.
possessa largiri. cum celeritate
indigentibus tribuere. latitudo

in facie postae interioris est sed
 situa dans aliena non appetas
 Recte te in centenario numero id
 est pfectione mensurans. Nam
 qui uidetur dare misericorditer
 ppria rapit & forsitan uolenter
 aliena. Iste adhuc quae sit uia
 pfectionis ignorat nec cognouit.
 Unde ad pfectionem tenditur quia
 nec ipsum eius initium inuenit.
 Prius enim appetitum euellere
 amente debuit et postea que
 iure possedit largiri. Unde
 scriptum est. Declina a malo &
 fac bonum. Quid enim potest esse
 boni quod facit qui necdum a malo
 declinauit. & sum quida sicut
 dictum est ab alimentis abstinent
 carnem cruciunt. Sed tamen si pul
 sata fuerint cognoscuntur quia
 ad mundi gloriam delibant. Iste
 frontem atrii interioris ostendunt.
 sed pcentu cubitos non mensurant.
 Hi ergo in numero pfectionis sunt.
 de quibus paulu dicitur. Qui car
 nem suam crucifixerunt cum
 uitiis & concupiscentiis. & no
 tandu quia non dicitur. Quod

intrinsecus sed extrinsecus
 ista mensurantur. Quia uide
 licet & redemptor n^{ost}r^{us} p nos facta
 hominu uel ad pbat uel iudicat.
 non intrinsecus metitur. Unde
 & p euangeliu dicit. Ex fructib.
 eor^{um} cognoscetis eos. Qui enim p
 hoc quod uidimus agnoscam^{us}.
 operantis animum que non uidim^{us}.
 siue latitudinem que est in fa
 cie postae inferioris siue fronte
 atrii interioris extrinsecus.

Alios conspiciamus largiri a elemo
 sinam afflictis concurrere ob
 pressis subuenire. Nihil san
 hoc mundo gloriae querere
 nullis huius mundi conpen
 dus inhiare. atq; alios uidem^{us}
 carnem donare lacrimis insiste
 re uerbis caelestibus occupari
 nil transitori honoris appetere
 quid aliud debemus. nisi eos
 pfectos credere scos aestimare.
 Quia ergo p hoc quod aspiciamus
 esse eos pfectos uidemus eos
 uitam pcentum cubitos extrin
 secus metitur. et quia multi
 in iudea pleriq; uero ingenti

litate positi ad hanc perfecti
onis summam uenerunt.

Recte subiungitur. Ad ori
entem. & a quilonem. Iuda
icus et enim populus ori
ens iure dicitur est de cuius
carne ille natus est qui sol
iustitiae uocatur. De quo
ppphetam dicitur. Uobis
autem qui timetis dñm. ori
etur sol iustitiae. Per aequi
lonem uero gentilitas per
figuratur quae diu in
pfdie suae frigore torpu
it & cuius corde ille reg
nauit quia testante pphe
ta apud semetipsum dixit.

Ponam sedem meam ad aequi
lonem. quia itaq. incarna
tus omnipotens dñs alios
pfectos ex iudea. alios per
fectos ex gentilitate ultra
scām ecclesiā fecit centum
cubitos. Non solum ad ori
entem mensus est. sed & iā
ad aequilonem. Sed qui
sub aequilonis nomine
de gentilitate sermo se intulit

considerare libet quantum sup
nos effusa sunt uiscera creato
ris nri. Omnes enim nos ex gen
tilitate uenimus antiqui paren
tes nri lignis et lapidibus ser
uebant. & dereliquentes
dñm a quo facti sunt deos uenera
ti sunt quod fecerunt. Nos autē
omnipotentis dī gratia ad lucem
de tenebris deducti sumus.

Recolamus ergo de quib. tenebris
uenimus ut de luce quā accipim⁹
gratias agamus. Neq. enim
diuinam misericordiā intel
legit qui suae misericordiāe
memor non est. Unde & p
psalmistam dō dicitur. Miri
fica misericordias tuas qui
saluos facis sperantes in te.

Tunc enim uobis dī misericor
diae mire fiunt cum nobis
ad memoriā miserie nrae re
uocantur. Quia recolentes
quid fuimus intellegim⁹ uidebem⁹
quod sumus. Cantemus itaq.
cum gaudio creatori nro quia
deseruitio creature colla
mentis excussimus. Gaudeam⁹

in nobis impletum eē quod
 psaliam dictum est. Et fre-
 num erroris quod erat in ma-
 xillis populorum canticum
 erit uobis sicut uox sc̄ificat̄e
 solemnittatis. Frenum qui p-
 pe erroris maxillas populorū
 constrinxerat quando ido-
 lorum errore obligata gen-
 tilitas dō uero confessionis
 laudem dare nesciebant.
Sed hoc ipsum erroris frenū
 iam nobis incanticum uer-
 sum est cum gaudendo psal-
 limus atque cantamus omnes.
Omnes digentium demonia dñs
 autem caelos fecit. **ET RURSUM.**
Simulacra gentium argentū
 & aurum opera manuum
 hominum. Os habent. & non
 loquentur. Oculos habent.
 & non uidebunt. Aures ha-
 bent. & non audient. Nares
 habent. & non odorabunt.
 Manus habent. & non palpa-
 bunt. Pedes habent. & non
 ambulabunt. Qui itaq; haec
 omnipotenti dño psallendo.

dicimus ipsum erroris nri fre-
 num quod alaude dī ora nra
 legauerat uero dō canticum
 fecimus. Bene autem dicitur.
 sicut uox sc̄ificat̄e solemnita-
 tis. Quia dum confessionis
 laudem dō reddimus in sc̄i-
 ficata sollempnitate gaudem⁹.
Respondeamus ergo moribus
 tante misericordie redem-
 ptoris nri & qui lucem cog-
 nouimus prauorū operum
 tenebras declinemus. Qui-
 dem iam rogo quod in hoc
 mundo libeat ubiq; luctus
 aspiciamus undiq; gemitus
 audimus. Destructe urbes
 euersa sunt castra de popo-
 lati agri in solitudine ter-
 ra redacta est. Nullus in a-
 gris incola pene nullus in
 urbibus habitator remansit.
 & tamen ipse parue gene-
 ris humani reliquit adhuc
 cottidie & sine cessatione
 feruntur. & finem non
 habent flagella caelestis
 iustitiae quia nec inter

flagella correctae sunt a
ctiones culpe alios incapti
uitatem duci. alios detrun
cari. alios interfici uidemus.
Quid est ergo quod in hac ui
ta libeat fr̄s mei si & talem
mundum adhuc diligamus.
Non iam gaudia. sed uulne
ra amamus. Ipsa autem
quae aliquando mundo.
domina eē uidebatur qua
lis remanserit roma con
spicitis. Inmensis dolorib;
multipliciter adtrita.
Desolatione ciuuium in p̄ssi
one hostiū frequentia rui
narū. Ita ut in ea comple
tum eē uideamus quod
contra urbem samariā
p̄ hunc eundem p̄phetam
longe superius dicitur.
Pone ollam. pone in qua
& mitte in ea aquam &
congere frustra in ea.
& paulo post. & ferbuit
coctio eius et discocta
sunt ossa illius in medio
eius. Atq; iterū. Congere

ossa. & igne succēde. & consum
mentur carnes & quō quentur
uniuersa conposicio & ossata
bescent; pone quoq; eam sup
prunas uacuam & caleseat
& lique fiat aes eius; Tunc
enim uobis olla posita est
cum haec est ciuitas consti
tuta. tunc in ea aqua missa
est & fr̄ta eius congesta
sunt quando ad eam undiq;
populi defluebant qui ue
lut calens aqua actionibus
mundi feruescerent & quasi
frusta carniū in ipso suo fer
uore liquarentur. De qua
bene dicitur. Et ferbuit
coctio eius & discocta sunt
ossa illius in medio eius.
Quia prius quidem in ea ue
hementer incaluit actio
gloriae saecularis. Sed post
modum ipsa gloria cum su
is sequatibus defectit. Per
ossa enim potentes saeculi.
per carnem uero populi de
signantur. Quia sicut car
nes postantur ossibus. ita

p potentes saeculi in firmitas
 regitur populorū. Sed ecce
 iam de illa omnes huius sae-
 culi potentes ablati sunt.
 ossa ergo excocta sunt. Ecce
 populi defecerunt. carnes eius
 liq. factae sunt. Dicatur itaq.
 congere ossaq. igne succendā
 consummentur carnes & coquen-
 tur uniuersa compositio eius
 & ossa tabescent. Ubi enim
 senatus. ubi iam populus con-
 tabuerunt ossa consumptae
 sunt carnes. Omnis in ea sae-
 cularium dignitatum ordo
 extinctus est. Excocta est
 uniuersa compositio eius. &
 tamen ipsos nos paucos qui
 remansimus
 ad huc cottidie
 innumere tribulationes
 p̄munt. Dicatur ergo po-
 ne quoq. eam super pru-
 nas uacuam. Quia enim
 senatus deest. populus in-
 tenit. & tamen in paucis
 qui sunt dolores et gemitus
 cottidie multiplicantur.

iam uacua ardet roma
 Quid autem ista de hominib.
 dicimus cum ruinis crebres-
 centibus ipsa quoq. eius
 destrui aedificia uidemus.
 Unde apte de ciuitate iam
 uacua subditur. Incales-
 cat et liq. fiat aes eius. Tam-
 enim & ipsa olla consumi-
 tur in qua prius carnes
 & ossa consumebantur.
 Quia postquam defecerunt
 homines & iam parietes ca-
 dent. Ubi autem sunt qui
 in eius gloria laetabantur.
 Ubi eorum pompa. ubi sup-
 bia. ubi frequens. & in-
 moderatum gaudium. Im-
 pletum est in ea quod con-
 tra destructam ninuen
 p̄phetam dicitur. Ubi
 est habitaculum leonum
 et pascua catulorum leonū.
 & neuis duces ac principes
 leones non erant qui per-
 duersas mundi p̄uincias
 discurrentes. Predam
 seu dendo & interficiendo

rapiebant. Hic leonum catuli
inueniebant pascua quia
pueri adolefcentes iuuenes
saeculares et saeculorum filii
huc undiq; concurrerant.
Cum proficere in hoc mundo
uoluissent; sed ecce iam dis-
soluta ecce contrita. ecce
gemitibus oppressa est.
Iam nemo ad eam curret
ut in hoc mundo proficiat.
Iam nullus potens et uo-
lentus remansit qui oppri-
mendo perdam detrahit.
Dicamus ergo ubi est habi-
taculum leonum et pascua
catulorum leonum. Con-
tingit ei quod de iuda no-
uimus per prophetam dictum.
Dilata sicut aquila calui-
tium tuum; caluttium a-
quile in toto fit corpore.
Quia cum ualde senuerit.
plumae eius ac pennae ex
omnibus illius membris
cadunt; Caluttium ergo
suum sicut aquila dila-
tat quia plumas perdidit.

que populum amisit; Alas
quoque pennae ceciderunt
cum quibus uolare ad per-
dam consueuerat. quia
omnes eius potentes extin-
cti sunt. per quos ali-
ena rapiebat. haec autem
que de romane urbis con-
tritione dicimus incun-
ctis facta mundi ciuita-
tibus scimus. Alia etenim
loca clade dissoluta sunt.
alia gaudia consumpta.
alia fame cruciata. alia
terre hiatibus absorta des-
piciamus. Ergo ex toto a-
nimo hoc per se saeculum uel
extinctum. Finiamus; mun-
di desideria saltim cum
mun^d fine ^{dimittam;} imitemur bonorum fa-
cra que possumus. Apud
orientem enim & aquilonem
multi sunt qui perfectionem
uitae centum cubitis mensu-
rantur. Ex iudea etenim
& gentilitate sicut dictum
est ad scitatis culmen ex-
creuerunt. Quamuis in

tellegi p orientem & aquilonē
 & iam iusti et peccatores
 possint. qui in mentis frigo
 re dilapsi sub peccati sui
 umbra torquerunt. Sed
 quia omnipotentis di mise
 ricordia & iam tales ad poe
 nitentiā reuocat. conpunctione
 & lacrimis labat. iustitibus
 usq. ad pfectionis glām
 subleuat. non solum ad orien
 tem centum cubitos. sed & iam
 ad aquilonem ducuntur
 dum cum iustis & iam pecca
 tores p dona & poenitentiā
 ad perfectionem ueniunt.

MAGNA LEGENTI UO
 debet ēe discretio. ut
 in sacro eloq. cum qui
 libet unus sermo di
 citur. Non semp unam ean
 demq. rem significare creda
 tur. sicut aliquando. sol in
 bono. aliquando uero accipi
 mur in malo. Solis enim
 nomine. aliquando signatur
 dñs. Aliquando psecutio.

attestante enim libro sapien
 tię. impu in inferno dicturi
 sunt. Errauimus a uia ue
 ritatis. & sol iusticie non
 luxit nobis. & de iactatis
 seminibus. dñs dicit. Osto
 sole aruerunt. quia uidelicet
 facta psecutione in reproborū
 cordibus. p dicationis uerba
 siccantur. Sic leo dñm signat
 unde scriptum est. Uicit
 leo de tribu iuda. Sic leonis
 nomine. diaboli similitudo
 exprimitur. Sicut primus
 pastor dicit. Aduersa
 rius ur̄ drabolus. sicut leo
 rugiens. circuit querens
 quem deuoret. Sibouts
 nomine sapiens designat.
 Unde scriptum est. Non iun
 gas bouem cum asino. id est
 sapientem cum stulto. in
 p dicatione non socias. Sic
 bouem fatuus figurat.
 Sicut de eo qui in turpitu
 dine amoris captus est.
 dicit. Statimq. eam sequit.
 quasi bos ductus ad uictimā